

tendit, necnon Monasteriorum, Prioratum, dignitatem, & aliorum quocunque beneficiorum Ecclesiasticorum, que quomodo liber obdient, & impotestim obdebet, ac etiam quorum utilatio, prouisio, & quaevis alia disposicio illis ex causa facte per eos cessionis, regimientis, & administrationis, seu comitende, aut resignationis Ecclesiistarum, Monasteriorum, & aliorum hujusmodi beneficiorum. Apostolica auctoritate reservata, & existens vel in posterum referabatur. Nam etiam aliorum quocunque inferiorum collatorum, aut collaticum, coniunctum vel divisum, de jure, privilegio, consuetudine, aut alias quomodo libet pertinente, ac etiam illa commendandi, ac alias de eis disponendi, vel de consensu ipsorum Cardinales requirendo in provisione corundem beneficiorum apud Sedem predicam, ut praefertor vacantium, per Sanctitatem suam facienda, & quod sine consensu hujusmodi facta provisions, & quevis alia dispositiones nullae irritare sint, omnibus & singulis Cardinalibus praeditis per quoscumque Romanos Pontifices, ac Sanctitatem suam, & dictam Sedem, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, & consistorialiter, ac etiam ex pactis inter dictos Pontifices & Cardinales diversis temporibus factis, firmatis, & pratatis, ac quibusvis oneribus, & aliis causis concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vigibus approbata, innovata ac extensa, quibuscumque concepta formulata, ac etiam restitutivis, mentis atractivis, preferentivis, derogatoriis derogatibus, alisque efficiacissimis & insolitus clausulis, necnon vim contractus inducentibus, ac irritantibus, & quod sine corum consensu derogationes pro tempore facte nemini suffragentur, alisque decetis lassula, quorum omnium tenores Sanctitas sua habeti voluit pro expressis, specialiter & expresse revo- cavit, literasque Apostolicas desuper concessas, & quoad ea in quibus illa effectum nondum sottiliter erat, & inde secura quocumque castavit, annullavit, vitesque, & effec- tum de cetero non habere decrevit.

Declaratio.

§. 2. Salva tamen remanente facultate consensu per ipsos Cardinales in provisionibus Apostolicis beneficiorum per obitum familiarium continuorum commenda- lium eorumdem Cardinalium, etiam apud Sedem predicam vacantium, praefandi juxta formam Regule Cancellariae Apostolicæ super hoc editam, in casibus tantum in ipsa Regula expressis. Volens ultius quod eadem bene- ficia per obitum familiarium, continuorum commenda- lium eorumdem Cardinalium posthac, tam apud eandem Sedem quam extra Romanam Curiam vacantiam, etiam ad aliquid alterius Cardinalis collationem, vel alia dis- positionem pertinente deberent, etiamsi tunc cessent aliae Apostolicæ reservationes haecenus edita, nihilominus in posterum dispositioni Sanctitatis sua reservata censem- tur, itaut in provisionibus talium beneficiorum super ex- peditionibus literarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus exitit, si ipse Cardinalis tunc praesens in ea- dem Curia fuerit, consensus requiri omnino debeat, non autem beneficia hujusmodi ad collationem, seu quamvis aliam dispositionem Cardinalis ordinarii collatoris ullo modo pertineant, nec ejusdem Cardinalis ordinarii col- latoris, etiam in Romana Curia praesens fuerit, consen- sus quoquo modo requiratur. Eademque constitutiones, & Regulas Cancellariae, etiam declaratorias super bene- ficiis familiarium praedictorum Cardinalium editas, tam quoad Cardinales indulta hujusmodi habentes, quam non habentes, atque adeo indulta ipsa ad terminos pra- sentis constitutionis reduxit & moderatus fuit.

Dictionem irritant.

Derogatio.

centiariorum.

Papa subscr.

§. 3. Decernens sic in iis, ceterisque omnibus praemis- sis per quoscumque, &c. etiam cauſarum Palati Apostoli- ci Audidores, & eodem Cardinales, sublata, &c. necnon iritum & inane quicquid fecus super his per quoscumque etiam praetextu facultatum, indultorum, & conces- sionum hujusmodi, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Praeditis & quibusvis aliis Regulis, constitu- tionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque con- tractis quibuscumque non obstantibus.

Placet publicetur & describatur.

INNOCENTIVS NONVS. DICTAM CONSTITUTIONEM.



Innocentius Papa Nonus, Bononiensis, Ioan. Anton. Fanchettus antea dictus, Presb. Card. tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum. Creatus tertio Kal. Novembris. Coronatus tertio Nonas Novemb. Anno Domini 1591. Vixit menses duos. Creavit Card. duos. Obiit tertio Kal. Januarii Anno Domini 1592. Sepultus fuit in Basilica Principis Apost. Vacavit Sedes dies triginta.

Confirmatio & extensio constitutionis Pii V. & Greg. XIII. Sixto VI. & Greg. XI. V. compro- bat, de non alienandis & infundandis Civitati- bus, & aliis locis Sedis Apostolicæ.

Hac Pii V. prohibito est in ejus Bulla 35. Admonet, ubi plene tibi indicavi ejus declarationes & am- pliationes. Et confirmatio Greg. XII. est 3. sup. ac Sixti V. est 26. sup.

Vide addita ad Leon. I. sup. lib. 1.

I N N O C E N T I V S . E P I S C O P U S , Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

U& ab hac Sancta Sede, cui licet indigni, au&to Domino praesidemus, pie & salu- briter sancta & ordinata noscuntur, ea ut perpetu& firma, illibataque permaneant, non solu& confitimus, approbationis & innovationis nostra munimine roboranda, sed eti& declara- tionis praesidio, quatenus expedire vifum sit, fulcienda censemus. Et præcipue munera nostri esse ducimus, ea qua & prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, ad partimq; dignitat; & amplitudinis Sancte hujus Se- dis conservationem & incrementum laudabiliter dis- posita, & constituta sunt, in nobismetipsis servate, & aliis servanda tradere & demonstrare.

§. 1. Sane fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster, de consilio & assensu venerabilium fratrum suorum, tunc S.R.E. Card. optimam & saluberrimam Constitutionem edidit, & promulgavit tenoris sequentis.

Omittitur inserio hujus Bullæ, cum ea posita in loco tibi in subr. cit.

§. 2. Quam quidem Constitutionem p[re]i mem. Gregor. Confir- XIII. Sixtus V. & Greg. XIV. Rom. Pontif. pariter præde- Sixti O- cessores nostri, sicuti in ea cavit, servare jurarunt, ac rius G[ra]m- per eorum literas approbarunt, confirmarunt & inno- f[ra]m[us] ci- vatunt, prout in illa plenius continetur.

§. 3. Nos itaque officii & conscientie nostra debito sa- tisfacere Approb- huius P[ro]p[ter]e-

INNOCENTIUS NONVS.

Visigatae cupientem, Mota neppetitione ad aliquo supplicio.
 capiuntur, vel super hoc oblatu perficiuntur iustitiam, & Ego Hieronymus tit. S. Petri Card. Simoncellus
 se dico solensis magisque deliberatione nostra in hoc
 primo sacro Constitutio, quod cum venerabilibus fra-
 tribus patribus S.R.E. Cardinalibus habemus, & Missionis
 predicatorum, & omniis in ea contentis auctoritate Aposto-
 litica tenore presentium confirmamus, approbamus & in-
 novamus, tamque inviolabilis firmatis robur obtinere,
 planamque executionem & effectum perpetuis futuris
 temporibus habere decernimus. Ac praeterea eisdem Mo-
 tu propria, scientia, deliberatione, & auctoritate auctoritatibus
 & approbantibus eisdem S.R.E. Cardinalibus.
 §.4. Declaramus eadem Constitutione prohibitam suis-
 se, ac prohiberi omnem & quamcumque infeudationem,
 & alienationem Civitatum, Terrarum oppidorum, & Lo-
 corum praedictorum, sed etiam tam immediate quam
 mediare subiectorum, non solum ne fiat, neve attentetur
 post eorum devolutionem, sed etiam antequam devolu-
 vantur, ac omnem & quamcumque in perpetuum vel ad
 tempus, in feudationem, & extensionem infeudationum,
 inveniuntur, ac concessionem, de dictis Civitatibus,
 Terris, Oppidis, & Locis, nondum finitarum, ipsorumque
 in feudationem, quod effectum impedienda alienatio-
 nis, protagationis & extensionis hujusmodi, non à dic-
 eorum devolutionis, sed à die ipsius Constitutionis, &
 etiam antequam illa devolvantur, ipso jure cum omnibus
 clausis & decretis in predicta Constitutione contentis,
 Camerae & Sedi Apostolicae fastam censeti.
 §.5. Insuper volumus & declaramus, ut promissio, &
 juramentum probatum & praestandum, de servanda ea-
 dem Pii predecessoris prefati Constitutione per nos, &
 Rom. Pont. successores nostros, ac S.R.E. Card. intelliga-
 tur de ipsa Pii predecessoris Constitutione, ut supra per
 nos declarata, & secundum hanc nostram declarationem
 eandem constitutionem ad unguem & inviolate obser-
 vari oportere ac debere, sicuti & nos servaturos esse
 promittimus, ac sancte & solemnis more juramus.
 §.6. Et ita per quoscumque Indices, ordinarios, & de-
 legatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Camerae pre-
 fate Presidentes, Clericos causarum Palatii Apostolici
 Auditores, ac Sanctae Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in
 quavis causa & instantia, sublata eis, & eorum cuiili-
 ber quavis aliter judicandi & interpretandi facultate &
 auctoritate, judicari, declarari & definiti debere, irritum
 & inane si secus super his per quoscumque, quavis auctor-
 itate scienter vel ignorantiter contigerit attentari.
 §.7. Ac praesentes nostras litteras in libello in quo ipsa
 Constitutione Pii predecessoris continetur, as in libro Quinter-
 no appellato Cancellaria Apostolica describi mandamus.
 §.8. Non obstantibus iis, quæ idem Pius predecessor
 voluit non obstat, ceterisque in contrarium facientibus
 quibuscumque.
 §.9. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-
 nam nostræ approbationis, confirmationis, innovationis,
 declarationis, voluntatis, decreti, promissionis, juramenti
 & mandati infringere, vel ei aucti temeratio contraire.
 Si quis autem hoc attentare presumperit, indignatio-
 nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli
 Apostolorum ojus se noverit incursum.
 Dat. Roma apud S. Petrum, Anno Incarnationis Do-
 minice 1591. pridie Non. Novemb. Pont. nostri Anno 1.

Ego Innocent. Catholicae Ecclesiæ Episc.
 Ego Alpha. Episc. Ostien. Card. Gesualdus.
 Ego Inn. Episcopus Portuen. Card. de Arag.
 Ego Marcus Ant. Episc. Prænestin. Card. Columna.
 Ego Ptolomæus Episc. Tusculan. Cardinalis Comensis.
 Ego Gabr. Episc. Sabinen. Cardin. Paleoortus.
 P. Michael Bonellus Episc. Albanen. Alexandra.
 Marcus Siticus Cardin. ab Altaëmp.
 Ludovicus tit. S. Laurentii in Lucina, presbyter Cardin.
 Madritius.
 Nic. de Pelleve Card. presbyter, tit. S. Praxedis, vulgo
 de Senonen.
 Iul. Ant. Sanctorius tituli S. Barthol. in Insula, presb. Card.
 S. Severinæ.

Anno à Nativit. Domini Nostrí IESV Christi 1592. in Publicatio
 dicit. 4. die verò 2. Mensis Ianuarii, tempore Sedis vacantis,
 per obitum bona memor. Innocentii Noni, suprascripta litera
 affixa & publicata fuerunt ad valvas Principis Apost. de Vr-
 be, & Cancellaria Apostol. & in acie Campi Flora, per nos
 Laertium Cecchetum, & Marcum Antonium S.D.N. Papa
 Cursi.

Hieronymus Lutius Mag. Chrys.

Indulta Incliti Senatus Populique Romani de reis
 non condemnandis vigore aliquius rescripti
 contra formam juris, & non confiscanda legitima
 filiorum, viventibus eorum genitoribus, &
 neque arbitraria compositione recipienda in
 Dataria, pro licentia dandi dote supra sum-
 mā à Statuto taxatam.

Quoad d. legitimam contrarium remanet decisum ex-
 tra Vrbem, ex Bulla Pitt. IV. n. 2. Etsi cuncta, §. 8. &
 consonat const. Sixti IV. n. 24. Cura, sup. Summar
 verò Dotis à Statuto taxatam esse ad sc. 1500. I. que
 ex bullâ Sixti V. num. 52. Cum in una, in pte.

INNOCE

INNOCENTIUS NONS.

ILLUD AN. P. INNOCENTIUS EPISCOPVS ROMANVS
1591. A Serens Servorum Dei: ad perpetuam redemptions.

*Causa Sua
et ceteris.* **A**D Romanum spectat Pontificem, inter multas & graves, quas pro communis Christianae Reipublice bono fuscipit, curas in ea quoque pricipio studio incumberet, ut ejus in temporibus subdit, praesertim vero dilecti filii S.P.Q.R. quorum propterea & peculiari cura ei specialiter commissa est, non solum a quoquam gravamine, quodad fieri potest, immunes reddantur, sed privilegios & gratias in dies amplioribus ornentur. Quare nos & humeris nostri debito latifacere, & paternam charitatem, ac benevolentiam quam jam pridem erga eos gerimus in signi aliquo monumento testata esse cuperemus, quo & ipsi benignitatem nostram experti, & alii eorum exemplo in fide, obedientia, ac devotione Sanctarum hujus Sedis alacrii animo perseverent, arque ad promerendam uberioriem nostram & illius gratiam in dies magis invitentur.

*Prohibito
res condic
nandi contra
omnes, vigore
alicui re
scripto.* **§. 1.** Primum quidem hac nostra perpetuam valitatem Constitutione abolemus, & ab inclita Vrbe nostris volumus exudare temporibus, modum illum procedendi contra eos alicius criminis, aut delicti, qui licet juxta dispositiōnēm juris communis & sacrarum Constitutionum, ac eisdem Vrbis statutorum pena capitis plecti non debeant, tamen vigore specialis mandati & rescripti per Roman. Pont. Motu proprio, seu alias signati, poena ultimi supplicii damnantur, & quod nobis licere non patimur, id etiam nostris successoribus indicamus, districti prohibentes ne in posterum iudices quicunque quavis auctoritate angente, reum aliquem contra juris communis, & Apostolicatum sanctionum & statutorum Urbis tenorem, vigore seu prætextu rescriptorum hujusmodi, quæ contra intentionem concedentis per subreptionem exorta cenantur, capitaliter condemnante præsumant.

*Prohibito
confiscandi
legitimam
litteram in vi
ta parentum
in Vrbe.* **§. 2.** Præterea volumus ac præsentium tenore decernimus, quod in eadem Vrbe nostra, si contingat filios viventibus eorum genitoribus, delictum aliquod committere, ipsi parentes quodad vixerint, ad solvendam legitimam portionem de propriis bonis, eisdem filiis de jure debitam, minime cogi, aut compelli possint, nec contra ipsos delinquentum genitores ad legitimę portionis prædicta & confiscactionem per quovis iudices procedi debeat, sed in quibusvis criminalibus causis juris communis dispositio, & statuta Vrbis omnino serventur; necnon quocumque predecessorum nostrorum Constitutiones in contrarium forsitan desuper editas, quarum tenores presentibus habebi volumus pro expressis, ad terminos juris, ac dictorum statutorum harum serie reducimus, & moderamur, statuque ipsa in hac parte approbantes, illa adversus quemcumque contrarium usum aut Constitutionem restituimus & tevalidamus.

*Prohibito
exigendi pro
hibitionem
pro licentia
Dotium, sa
pra summa
ab Vrbis Sta
tuto taxata.* **§. 3.** Et insuper, quia etiam accipimus usu receptum esse, ut pro obtinenda derogatione statuti, seu reformatio num eisdem Urbis, super certa Dotium puellarum, quæ pro tempore nubunt, summa & quantitate editarum cōpositio positiō non certa, sed arbitraria, illis qui in Dataria, & materialiis componendis pro tempore president, solvatur. Nos ipsius Vrbis Cives & incolas specialibus favoribus & gratiis prosequentes, illos à solutione compositionis hujusmodi, perpetuū extinximus & liberamus, immunisque & exemptos esse volumus, districte interdicentes dilectori filio Datario, nunc & pro tempore existenti, ac praefecto cōpositionis, & terilique Ministris, & Officinalibus, ne absurda temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incusum.

*Clausura
præfere
va.* **§. 4.** Debetentes prætentis literas, &c. ex quavis causa & quoquaque capite de subreptione vel obceptione seu militari virtu, aut quoquam alio defecundari, impugnari, seu invalidari vel revocari, aut alias quomodolibet infringi, seu adversus illas quoquaque juris, gratiae, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas & efficaces existere, suoque plenarios effectus fortis & obrinere, ac ab omnibus inviolabilitate observari & adimpleri.

*Clausura
sublata.* **§. 5.** Sieque, & non aliis per quoquaque Judices & Commissarios & causarum Palatii Apostolici Auditores & S.R.E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quavis alteri judicandi & interpretandi facultate, in quavis causa & instantia judicari, & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

*Clausura
rogatio.* **§. 6.** Quocirca dilectis filiis modernis ac pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, ac Vicecamerario, Thesaurario & Clericis Presidentibus Camera Apostolica, necnon Gubernatori, & Senatori ejusdem Vrbis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel quilibet eorum facient prefatos S.P.Q.R. atque adeo singulares illicitum personas, ceterosque omnes & singulos quos premisa continent in futurum, illis pacifice frui & gaudere, non permittentes illos desuper à quoquam quomodolibet indebit molestari, contradictores per opportuna juris, & facti remedia cōpescendo.

*Digni
contra.* **§. 7.** Non obstantibus premissis, ac quatenus opus sit, nostra de non tollendo iure quæsto, quatenus premissorum occasione cum publico detrimento jus alicui quæstitum dici aut censeri quo modo possit, & quibusvis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, legibus & consuetudinibus privilegiis quoque, induitis, ac Sixti V. & Gregorii XIV. concessionibus super premissis quomodolibet emanatis, aliisque literis Apostolicis tam supradictis quam quibusvis aliis personis, sub quibuscumque tenoribus ac formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, ac aliis efficacissimis clausulis & decretis, etiam Motu proprio, & exhorta scie-tia, deque Apostolica potestatis plenitudine, ac consistitatis, & aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis eorumque tenoribus specialis, expressis, ac specifica mentio seu expressio habent, aut quævis alia ex qua forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi pro expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanent, hac vice & ad effēctū premissorum dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contractis quibuscumque.

*Digni
contra.* **§. 8.** Volumus autem, præsentium transiunctis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ ob-signari, etiam de profusa fide in iudicio & extra illud habeatur, que eisdem originalibus haberetur exhibitis vel ostendis.

*Digni
fidei.* **§. 9.** Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum abolitionum, decretorum, reductionis, moderationis, cœlitutionis, revalidationis, prohibitionis, interdicti, inhibitionis, revocationis, cautionis, annulationis, extinctionis, ac derogationis infringere, vel ei a suis temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incusum.

Datum Roma apud S. Petrum, Anno Incarnationis D.P.M. Dominicæ 1591. Kalend. Decembri, Pontificatus nostri 1.D. Anno 1.